



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regularis Ord. S. Augustini De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Coloniæ, 1723

XI. Quòd desideria cordis examinanda sunt, & moderanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45773](#)

158 *De Imitatione Christi*
nem mundanam neglexerint cu-
ram.

6. O grata & jucunda Dei servi-
tus , quā homo veraciter efficitur li-
ber & sanctus !

O sacer status religiosi famulatūs,
qui hominem Angelis reddit aqua-
lem , Deo placabilem , dæmonibus
terribilem , & cunctis fidelibus com-
mendabilem !

O amplectendum , & semper op-
tandum servitium , quo summum
promeretur bonum , & gaudium
acquiritur sine fine mansurum !

C A P U T XI.

*Quòd desideria cordis examinan-
da sunt & moderanda.*

1. **F**illi , oportet te adhuc multa
addiscere , quæ necdum be-
ne didicisti .

Quæ sunt hæc , Domine ?

*Ut desiderium tuum ponas totali-
ter secundūm beneplacitum meum:
& tui ipsius amator non sis , sed
meæ*

eo cap

mēx voluntatis cupidus æmula-
tor.

Desideria te sāpe accendunt , &
vehementer impellunt : sed confide-
ra , an propter honorem meum , an
propter tuum commodum magis
movearis.

Si ego sum in causa , bene conten-
tus eris , quomodo cunque ordina-
vero : si autem de proprio quæfitu
aliquid latet , ecce hoc est , quod te
impedit & gravat.

2. Cave ergo , ne nimium innita-
ris super desiderio præconcepto , me
non consulto : ne forte postea pœni-
teat , aut displiceat , quod primò
placuit , & quasi pro meliore ze-
lasti.

Non enim omnis affectio , quæ vi-
detur bona , statim est sequenda : sed
neque omnis contraria affectio ad
primum fugienda.

Expedit interdum refrænatione
uti , etiam in bonis studiis & deside-
riis : ne per importunitatem mentis
distractionem incurras ; ne aliis per
indisci-

indisciplineationem scandalum generes ; vel etiam per resistentiam aliorum , subito turberis & corruas.

3. Interdum vero oportet vio-
lentiâ uti , & viriliter appetitui sen-
sitive contraire, nec advertere, quid
velit caro , & quid non velit : sed
hoc magis satagere, ut subjecta sit et-
iam nolens spiritui.

Et tandiu castigari debet , & cogi-
servituti subesse , donec parata sit ad
omnia , paucisque contentari discat,
& simplicibus delectari , nec contra
aliquid inconveniens müssitare.

C A P U T XII.

*De informatione patientiae , & lucta-
mine adversus concupiscentias.*

1. **D**omine Deus ut video, patien-
tia est mihi valde necessaria:
multa enim in hac vita accidunt
contraria.

Nam qualitercunque ordinavero
de

eo
cap